sufficientem et plenariam sibi recognoscenti ab utrinq[ue]
praestitam satisfactionem quietant emittunt dimittunt
liberosq[ue] et absolutos perpetuo pronunciant Contractum
eundem cum eius Inscriptione roboratoria in toto et
per omnia cassant mortificant et annihilant praesen
tibus sibi suisq[ue] posteris ratione praemissorum perpe
tuum imponendo silentium. Salua nihilominus prouisione
eidem Gnosae Woiakowska proueniente in Contractu
eodem expressa eidem pleno in robore reseruata.

Woiakowskie atq[ue] Grabia mutuò sese Quietant et Vn, Statuet.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus 966
Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Gnosi Zophia Jelcowna olim
Gnosi Gaspari Woiakowski Iudicis Terrae Premyslien[sis]
Consors derelicta Vidua ab una, et Remiganus de Rzeplin
Woiakowski Subdapifer Terrae Premyslien[sis] Rothmagister
Sacrae Regiae Maiestatis ab altera et Ioannes Grabia à
tertia partibus Sani mentibus et corporibus existentes
à terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis
proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren[si]
Capitan[eali] Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad Actum hunc atti
net secum successoribus bonisq[ue] suis generaliter Vniuer
bus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subycien
do palam libere publice ac per expressum recogno
nerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse re
cognouit, Quia ipsi et quidem suprascriptus Gnosus Sub
dapifer Terrae Premysliens[is] Vnus Recognoscens suo et
Gnosae Mariannae Gumieniecka Consortis suae legitimae
pro cuius ratihabitione cauet ac se praesentibus inscri
bit nomine se se mutuo et inuicem Vna pars alteri
cum posteris utriusq[ue] partis de Contractu certo inter se
Recognoscentes et praefatam Gnosam Gumieniecka Vnius ex
Recognoscentibus Consortem legitimam ratione certarum

rerum et conditionum in eodem Contractu contentarum de actu et data illiq hic Premysliæ Feria sexta post Festum Sanctorum Vitti et Modesti Martyrum proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo proxime præterito confecto conscripto manibus contrahentium propriis ab utrinq subscripto et Actis officij præsentis cum interpositione Vadij Octo Millium florenorum polonicorum ad tenendum firmato et roborato eiusq inscriptione roboratoria Castrensi Premysliensi in se de præmissis rationibus ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscens per manus Generosi Nicolai Stawski Dapiferi Terræ Sanocensis ab utrinq præstitam satisfactionem quietant emittunt dimittunt liberosq et absolutos perpetuo pronunciant Contractum eundem et eius inscriptionem roboratoriam in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant præsentibus sibi suisq posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium, Nihilominus idem suprascriptus Generosus Remigianus de Rzeplin Woiakowski Subdapifer Terræ Premysliensis Unus Recognoscentium se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis præfatis Generosis Zophiæ Jelcowna Woiakowska et Joanni Grabia ipsorumq posteris inscribit et obligat præsentibus præminatam Generosam Mariannam Gumieniecka Consortem suam legitimam cum personali sui Recognoscentis assistentia Vel in euentu mortis successores illiq ad approbandam per ipsam Inscriptionem præsentem quietatoriam Vel aliam similem suo pro interesse faciendam ad Acta quæuis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex Septimanarum adducere et personaliter statuere abeaq Vel eius successoribus ut præmissa debite exequantur efficere. Idq sub Vadio summæ Octo Millium florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem siue illiq successores præfatis Generosis Sophiæ Jellowna Woiakowska et Joanni Grabia

eorumq posteris ob non Statutionem suprascriptae Gnosae
Mariannae Gumieniecka Consortis suae Statuendae Vel in
euentu mortis successorum illius pro tempore et loco supe
rius expressis ad soluendum succumbendo. pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua
principali expraemissis non completa complenda. Citatusque
existens memoratus Gnosus Remigianus de Rzeplin
Woiakowski Subdapifer Terrae Premysliensis sive illius
successores ad Instantiam praefatorum Gnosorum Zophiae
Jelcowna Woiakowska et Ioannis Grabia, sive eorum
successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respon
dendum spectat mediante semper in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere re
spondere Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satis
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Ter
minos semper peremptorios extra infirmitate pro ma
iori minorennitate successorum legatione intra Vel extra
Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem
Vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimen
tis non differendo, ad quietationem praeterea extra pro
ximos Officy praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones appellationes ac earum prosecutiones fa
ciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel multipli
catis Euasionibus suspensionibus fatalibus Iuris, praescri
ptione Terri bello conuentioneque ac alys omnibus Iuris
remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quouis euadendo stat sua praesenti personali Recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Woiakowski Stawskie Obligat.